



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 81. Quidam Societatis Scriptores hoc anno extincti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. in Bononiensi Conventus sui Bibliotheca A. C. 1614. ca asservantur. Præterea ex eodem Ordine P. Petrus Bouquier edidit librum *de Sacrificio Religionis Christianæ ex S. literis comprobato* præter alios tractatus contra Calvinistas. Scripsit quoque Ludovicus Ystella commentarios in Genesim, exodum, & Evangelia.

## §. LXXXI.

*Quidam Societatis Scriptores hoc anno extincti.*

Hunc annum nonnulli quidem, minus tam celebres Societatis Scriptores sibi exitialem habuere, ex quibus Joannes Haius natione Belga scripsit: *Quaternionem Evangelistarum, apparatus Evangelicum, & Triumphum veritatis*, quæ omnia Duaci typis edita prostant. Alter erat Sebastianus Heifsius natione Germanus, patria Augustanus, qui Ingolstadii annos natus quadraginta tres obiit: Edidit tractatus *de vera Christi Ecclesia, ejusque notis, de Ecclesia Triumphante, de Cultu Sanctorum, Purgatorium Lutheranorum, Dialogos de S. Eucharistia, & Apologiam doctrinæ Jesuiticæ*. Omnes hi tractatus Ingolstadiensibus literis excusi fuere: Dilingæ autem evulgata est Confessio Augustana ab ipso castigata contra Heilbrun-

brunnerum. Denique præter Ludovi-  
cum Cerquerram Lusitanum, Joannem  
Connarium Polonum, Guilielmum Ba-  
thæum, & Franciscum de Cuniga Hi-  
spanum, recenseri merentur Franci-  
scus Bomaldus, qui quædam ascetica  
Gallico idiomate edidit, necnon Vin-  
centius Regius Panormitanus, qui The-  
ses de SS. Trinitate, tomos tres *dilu-  
cidationum Evangelicarum* & suum *Enchi-  
ridion Evangelicorum* posteris reliquit.

Sæc. XVII.  
A. C. 1614.

§. LXXXII.

*Isacci Casauboni interitus.*

Inter Reformatos Scriptores, qui hoc  
anno decessere, facile princeps est,  
Isaccus Casaubonus Genevæ die deci-  
ma octava Februarii Patre Arnaldo Mi-  
nistello natus, qui junior adhuc pro  
more tum literatis communi sese Isac-  
cum Hortibonum appellitabat. Erat  
is adeo pauper, ut parentibus suis or-  
batus in culina veru simul & libros ver-  
sare cogeret, & quamvis Græci idio-  
matis, artisque criticæ peritia adeo ce-  
lebrem sese reddidisset, ut has literas  
publice traderet, non erat tamen ac-  
ceptus in patria sua, quam etiam non  
sine indignatione & acerbissimæ acceptæ  
a Genevensibus injuriæ sensu reliquit,  
postea vero urgente Philippo Canayo

Cc 4

Fra-